būcina, ae. *subs. f.* **FORMA** buccin- [x35] COLUM, HYG Fab, *postea ab* HIER Epist; buccinn- HIER Epist 27.3.; bŭcīna. **ETYM** *ab onomatopoeia bucini sonitus* /bū/ *et* canere, *cf.* liticen, tibicen; βυκάνη *posterior est*[EM], *uel de origine ambigitur* [TLL]; *de* bucca *dubitatur* →bucinum[b]; *perperam a* uox ISID Orig 18.4.1. Bucina ... dicta a uoce, quasi uocina. *cf.* VARRO Ling 6.75. bucinator a uocis similitudine et cantu dictus. **DLAT** bucellum, bucinare, bucinaria, bucinator, bucinum, bucinus. **DROM** *it.* búcine *'cassis piscatoria'*, *port.* buzio *'bucinum' instrumentum musicale*, *rum.* bucin *'cornu'*; BŬCĪNA > *cast.* bocina, *cat.* botzina, *fr.* buisine *'bucinum' instrumentum musicale*. [**FREQ** humilis **130** [indicia] **7,8** / [d.c.m.] 70 CIC] *uerbum a principio incognita, in fine antiquitatis frequentior; scriptis litterariis omne genus praesertim narrando argumentando aptum, et prosa et uersu, usibus mediis doctisque, quotidianis absens; scriptis technicis (agri cultura, historia naturali, oratoria, arte militari, medicina) non rarum.*

VARIATIO		indicia	p/d.c.m. subc.
OPERUM	exponendo	23	7,8
	narrando	73	13
	argumentalis	27	3,7
	dramatica	1	2,2
	lyrica	4	14
	satirica	2	10
DIACHRONICA	I aec.	14	5
	I-II ec.	21	5,4
	III-V ec.	95	10
DIAPHASICA	media	104	7,5
	docta	26	12
DIASTRATICA	litteraria	113	8,2
	technica	17	6,1
MODUS	prosa	105	7,2
	uersu	25	13

¶ *principio ad concham marinam uel cornu animalis, in se reuolutum, applicatum est • fue aplicado en un principio a la concha marina o al cuerno animal, recurvado en sí mismo* 2-8 OV Met 1.337. 253-259 HYG Mun castr 21. 390 VEG Mil 3.5. bucina quae in semet aereo circulo flectitur. 330 ARNOB 6.10.5. hominum formae sunt bucinarum animantes tortus intestinis et domesticis flatibus.

quo surdus sonus fit • con el que se produce un sonido sordo 100-128 IUV urda nihil gemeret graue bucina 125 APUL Flor 17. bucina significatu longinquior.

similis illi cornu quo homines uel bestiae uocantur • semejante al del cuerno, con el que se llama a hombres o animales 🕮 ISID Orig 4.5. Classica sunt cornua quae conuocandi causa erant facta.

postea ad metallicam tubam quae id imitatur pertinens • y luego referido al objeto metálico que lo imita, la trompa

a1 *principio ad periculi signum dandum uel saltem ad populum conuocandum adhibetur • aparece usado primero para dar la señal de alarma o al menos para convocar a la población* 70 CIC Verr 2.4.96. signum quod erat notum uicinitati bucina datur; homines ex agris concurrunt. 29-19 VERG Aen 7.519. ad uocem celeres, qua bucina signum dira dedit, raptis concurrunt undique telis indomiti agricolae.

maxime ut ciues in contionem pergerent canebat • se especializó como señal de llamada a los ciudadanos para acudir a la asamblea 30-15 PROP 4.1a.13. bucina cogebat priscos ad uerba Quiritis.

antea ad armentarii bubulci pastoris cornum certe pertinuit quo bestiae alliciebantur • seguramente con antelación fue aplicado al cuerno o corneta del boyero, pastor o porquerizo, que llamaba a los animales [**HYPER** instrumentum musicum quod flando sonat] 37 VARRO Rus 2.4.20. Subulcus debet consuefacere, omnia ut faciant ad bucinam. 60 COLUM 6.23.3. crepusculo fieri debet, ut ad sonum buccinae pecus ... septa repetere consuescat. 386 HIER Epist 46.12. Amos Prophetam etiam nunc buccina pastorali in sua conspicere rupe clangentem. 🕮 PAUL FEST p29. Bucina quam nos appellamus, Graeci bukanen a similitudine soni dicunt. **GLOSS** 2.259.9. βουκανιστήριον.

quo cornu uenatores quoque utebantur • cuerno que también utilizaron los cazadores 37 VARRO Rus 3.13.3. bucina inflauit, ut tanta circumfluxerit nos ceruorum aprorum et ceterarum quadripedum multitudo. 417 RUT NAM 1.629. Instrumenta parat uenandi uillicus hospes ... responsuros persultat bucina colles.

item ad Famae bucinam pertinuit • como extensión de esta llamada general, se aplicó a las trompetas de la Fama 100-128 IUV 14.152. qui sermones, quam foede bucina famae!

a2 *instrumentum fuit marini numinis Tritonis • fue instrumento propio de la divinidad marina Tritón* 2-8 OV Met 1.337. rector pelagi ... Tritona uocat ... caua bucina sumitur illi. 350 PS VERG Aetna 295. longas emugit bucina *Tritonis* uoces.

cuius sonantis uox mundi fines ambiebat • cuya voz resonante abarca los confines del mundo 2-8 OV Met 1.337. bucina *Tritonis*, quae medio concepit ubi aera ponto, litora uoce replet sub utroque iacentia Phoebo.

*et impetu et receptui sicut in exercitu signum fuit (→**b1**) • y que, al igual que para el ejército, es señal de ataque o retirada* 2-8 OV Met 1.335. rector pelagi ... Tritona ... iubet fluctus ... et flumina signo iam reuocare dato; caua bucina sumitur illi. 121 SUET Claud 21.6. classis Sicula et Rhodia concurrerunt ... exciente bucina Tritone argenteo, qui e medio lacu per machinam emerserat.

b1 *late adhibebatur ad quendam tubam militarem, curuam formam habentem, ad horas uigiliarum in castris indicandas, unde bucinae semantica notio uigiliae addita est • fue ampliamente aplicado a cierta trompeta militar, de forma curva, utilizada para marcar las horas de guardia en el campamento, con lo que se ha añadido a* bucina *el contenido semántico de un* uigilia *omitido* [**HYPER** instrumentum musicum militare **SIM** bucinum[a1] **DOM** *uigiliarum tempora* secunda, tertia, quarta, quinta uigilia; diuidere] 30-15 PROP 4.4.63. quarta canit uenturam bucina lucem. 29-9 LIV 26.15.6. imperauit uti ... denuntiarent ut ad tertiam bucinam praesto essent. 62-65 LUCAN 2.689. ne litora clamor nauticus exagitet neu bucina diuidat horas. 300-400 EPIST Alex 200. nos uigiliis inquietos quinta noctis hora bucina admonebat quiescendum.

ut exercitus in proelium uocaretur • para llamar al ejército al combate [**DOM** horrida, rauca; sonus, sonitus, uox; *aggrediendi signum* bellicum canere, canere, cantare, cantus, clangere, clangor, concrepare, signum] 29-19 VERG Aen 11.475. bello dat signum rauca cruentum bucina. 50 CURT 3.3.8. signum e tabernaculo regis bucina dabatur. 390 VEG Mil 2.7. Tubicines cornicines et bucinatores qui tuba uel aere curuo uel bucina committere proelium solent. 390 AMM 25.8.2. transeundi amnis aperte signum dedere buccinae concrepantes. 🕮 **GLOSS** 5.50.18. bucina erit tuba qua signum dat bucinator.

uel ut receptui caneretur • o para ordenar retirada 382 HIER Sam II 18.16 Cecinit autem Ioab buccina, et retinuit populum, ne persequeretur fugientem Israel.

aliquando ut edendi signum militibus daretur • a veces, como señal a los soldados para acudir al rancho, la fajina 300-400 EPIST Alex 199. testante bucina cibum et ipse cepi et militibus capere imperaui.

uel ut uictoria ipsis militibus nuntiaretur • o para anunciar la victoria al propio ejército 390 VEG Mil 4.25. Prior ergo de caesis hostibus spolia capiat, ... prior clamore ac bucinis exultare uideatur.

b2 (→bellicus[b2]) *quia ad bellum uocabat, periculum timoremque ab eo illatum significauit • considerado como la llamada a la guerra, llegó a significar el peligro y el temor que tal sonido despertaba* 390 AMM 31.6.2. iussis ... bellicum canere bucinis ... pericula omnibus minabatur extrema. 26.4.5. uelut ... bellicum canentibus bucinis excitae gentes saeuissimae.

b3 *cum bello plane coniunctum contra pacem consideratum est • bien identificado con la guerra, fue utilizado para marcar la oposición con la paz* 65 LAUS Pis 175. quamuis ... grauis obstreperet modulatis bucina neruis.

item ut heroicarum narrationum summa et signum • o como síntesis de los relatos guerreros de la épica 100-128 IUV 7.71. si Vergilio puer et tolerabile desset hospitium ... surda nihil gemeret graue bucina.

uel etiam litteris ipsis opposita fuit, qualis propria pacis temporum dedicatio • o incluso estuvo opuesta a la propia literatura como dedicación propia de tiempos de paz 394-404 CLAUD In Ruf 2.pr3. nulla per Aonios hostilis bucina campos carmina mugitu deteriore uetat.

c *hinc ad alios aspectus, rebus minus coniunctos et inter se relatos, transiit, quia eius sonus admonitio erat quae commouet, actus qui uniuersum hominis genus certius facit de aduentu certaminis, certaminis quidem spiritualis, nam diei clangoris nuntiatio Christianis est • de aquí pasó a aplicarse a otros aspectos, menos materiales, relacionados entre sí porque su sonido era la llamada de atención que sobrasalta, el acto que informa a toda la Humanidad de que ha llegado el momento del combate, combate espiritual en este caso, pues se trata del anuncio del juicio final cristiano* 348-405 PRUD Cath 11.105. Cum uasta signum bucina terris cremandis miserit, et scissus axis cardinem mundi ruentis soluerit.

quae nouam aetatem aperiet • que abrirá una nueva edad 400-420 ORIEN Com 1.272. quod nunc aetas sensim longaeua resoluit, id raptim domini bucina restituet.

signum caedis impio homini est, qui per diuinum gladium cadet nisi peccatorum suorum paeniteat • es el signo de la matanza del impío, que caerá a manos de la espada divina si no se arrepiente de sus pecados 427 AUG Spec 231. ille uiderit gladium uenientem super terram, et cecinerit buccina ... Sonum buccinae audierit, et non se obseruauerit; sanguis eius in ipso erit.

item ad Iudaeorum ritus festiuitatesque aspectat, qualis ad ieiunium uocatio • se encuentra asimismo en relación con ritos y celebraciones judías, como la llamada al ayuno 394 HIER Epist 52.10. solemne ieiunium buccina concrepemus.

ut erat Iubilaei festiuitas per singulos quinquaginta annos celebrata et cum foederis arca coniuncta • o la fiesta del jubileo, celebrada cada cincuenta años y relacionada con el arca de la alianza 390-406 VULG *Ios* 6.4. Septimo autem die, sacerdotes tollant septem buccinas, quarum usus est in iubilaeo, et praecedant arcam foederis.

item tubae fuere quibus Iericho muri in ruinam ciciderunt • también se aplicó a las trompetas que derribaron las murallas de Jericó 390-406 VVLG *Ios* 6.16. Cumque septimo circuitu clangerent buccinis sacerdotes, dixit Iosue ad omnem Israel: uociferamini: tradidit enim uobis Dominus ciuitatem.

👓 *antiqui inter bucinam tubamque differentiam facere conati sunt; tuba instrumentum longum tenueque erat, ideo bucinae dissimile; tuba uocabulum magis usitatum fuisse uidetur, itaque omne genus instrumenti militaris quod flando sonat designauit • los antiguos intentaron diferenciar las utilidades de bucina y de tuba; este designaba una trompeta alargada y fina, opuesta en ambos aspectos a bucina; tuba parece haber tenido una amplitud semántica mayor, entendiéndose incluso como un sustantivo genérico referido a cualquier trompeta* 🕮 PS CAPER Orth 99. bucina erit tuba, qua signum dat bucinator.

bucina usus proprios habente praeterquam eos quos similiter ac tuba aliisue instrumentis significabat; quales 'bubulci cornu' uel 'tuba quae ciues conuocat' fuerunt • presentando bucina *usos específicos además de aquellos en que coincidiera con tuba o con otros instrumentos; usos tales como 'cuerno del boyero' y 'trompeta que convoca a los ciudadanos'* 🕮 ISID Orig 18.4.1. pagani agrestesque ad omnem usum bucina ad conpita conuocabantur: proprie ergo hoc agrestibus signum fuit. BEDA 13. bucina pastoralis est et cornu recuruo fit, unde et ceratinia Graece uocatur. SERV Georg 2.383. COMPITA ... locus ... ubi pagani agrestes, bucina conuocati, solent certa inire concilia.

antiqui ad distinguendum initium belli aut pugnae laborabant, sed haec molimina minime satisfaciunt; namque bucinam belli initium indicare, unde etiam 'timorem incutere', tuba ad pugnae uel proelii initium designandum adhiberetur • los esfuerzos que los antiguos hacían por distinguir el comienzo de la guerra o de un combate no convencen; pues decían que bucina indicaba el principio de la guerra, de donde además 'provocar miedo', en tanto tuba se utilizaba para señalar el comienzo de un combate o batalla 🕮 SERV Aen 11.474. BELLO DAT SIGNUM RAUCA CRUENTUM BUCINA. bene 'bello dat'; nam bucina insonans sollicitudinem ad bella denuntiat ... proelium autem tubae indicant.

quamquam notio 'hostilitatis incipiendi' et consequens terror in bucina perspicui sint • aunque el desarrollo de la idea de 'comienzo de hostilidades' y el terror subsiguiente están claros en bucina 🕮 ISID Orig 18.4.4. Inter tubam autem et bucinam ueteres discernebant. Nam bucina insonans sollicitudinem ad bella denuntiabat. ... Tuba autem proelium indicabant.

difficile est bellum bucinae sonitu nuntiatum fuisse, cum eam proeliis quoque praesentem uideamus; differentia tamen haberi potest tamquam bucina totius impetus signum et tuba pro minoribus euentibus haberetur, bucina imperatoris mandatis directe parente • resulta difícil imaginar que una guerra fuera anunciada mediante su sonido, cuando las evidencias nos muestran que estaba presente también en las batallas; no obstante, puede haber una diferencia de grado, según la cual bucina serviría como señal de ataque global y tuba para episodios menores, pues el instrumento bucina obedecía a las órdenes directas del imperator 390 VEG Mil 22. Classicum item appellatur quod bucinatores per cornu dicunt. Hoc insigne uidetur imperii, quia classicum canitur imperatore praesente uel cum in militem capitaliter animaduertitur, quia hoc ex imperatoris legibus fieri necesse est.

et bucina et tuba sollemnitatibus usum est • tanto esta como tuba tienen un papel en las celebraciones 🕮 BEDA 13. tuba ... sollemnitatibus concrepat.

m. Bucina. *cognomen* • cognomen *Búcina* [**HYPER NOMEN** cognomen] **INSCR** CIL 9.4652. C. Attio P. f. Bucinae IIuireis. 5.2544. M. Valerius Bucinae L. Optatus cocus.